

**Programma Quo Pro-Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Bacmeisterus,
D. Med. & super. Math. Pr. P. Viri ... Dn. Hinrici Biermanni, I.U.L. ac Sereniss.**

**Suecorum &c. &c. Reginae, Christinae, a primariis in Pomerania officiis, In Urbe
patria Stralsundendi 13. Augusti pie denati, ibidemq[ue] 26. Eiusd. solenniter
componendi, acerbissimum Funus indicit, honorisq[ue] ... prosequitur**

Rostochii: Kilius, [166]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746813988>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in H. Biermann.

R. 1666.

26





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746813988/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813988/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746813988/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813988/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA

Quo
PRO-RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES BAC-
MEISTERUS,

Med. & super. Math. Pr. P.

VIRI

Clarissimi Consultissimiq;

DN. HINRICI
BIERMANNI,

J. U. L.

ac Sereniss. Svecorum &c. &c. REGINÆ,
CHRISTINÆ, à primariis in Pomeraniâ

officiis,

In Urbe patriâ STRALSUNDENSI 13. Augusti
piè denati, ibidemq; 26. Ejusd. solenniter compo-
nendi, acerbissimum Funus indicit,
honorisq; οὐμαθείας gratia L. M. Q. prosequitur.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr.

26.



Uculentissimā profectō planeqvè eximiam in Gentilibus rerum mundanarum cernere est sapientiam; qvos præcipue, ubi misseriam humanam, aut, quam nauci ac nihili, quod ad vi liorem nostri partem attinet, mortales simus, secum agitant, adeò composite verequè scribere ac loqui videas, ut vel sacramento firmare ausis, elegantiū neminem vel ex eorum potuisse numero, quibus calamum tinxerit, verbaquè præiverit ipse **SACER SPIRITUS.** Ecce! quam præclari, nostro quidem sunt judicio, versus illi Comicorum Principis, & γνωμικωτάτης Atheniensis **MENANDRI;** quos dare ex fonte primū, deīn ex versione sic satis genuinā latinē denuò (nam jam ante parili, quā hæc ipsa commentamur, occasione, eorundem meminimus) recitare lubido est:

Oray

Οποι γέδεναι θέλησ σταυτὸν ὅπις εἴ,
Ἐμβλεψον ἐις τὰ μῆματ̄ ὡς ὁδοπορεῖς,
Ἐνταῦτ' ἔνεστι ὁσέα καὶ κέυφη κόνις
Ἄυδρῶν Βιοστλέων, καὶ τοερίνων καὶ σφάν
Καὶ μεγαφευνέντων Πᾶντι γένει καὶ κεχειρεψον
Αὐτῶν τε δέξῃ καὶ καλῷ τῶν σωμάτων.
Καὶ γδὲν αὐτῶν δὲ ἐπήρκεσε χέονθα.
Καὶ πάντες τὸν ἄσην ἔχον οἱ πάντες βεστί.
Πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίγνωσκε σταυτὸν ὅπις εἴ.

Hoc est:

*Novisse si vis, qualis aut quisnam fies,
Hominum sepulchra, dum peregrē is, inspice:
His ossa, pulvis, atq; inanis clauditur
Regum, Tyrannorum, & Virūm sapientium
Superbientumq; opibus & propagine,
Suāq; gloriā atq; formā corporis:
Et tamen eorum tempori nil restitit.
Communis est DIS omnibus mortalibus.
Hac intuere, & discito qualis fies.*

Hæc Menander : quibus profecto nil vel exco-
gitari quicquam poterat excellentius. Enimverò
quibus nascidatum est, his utique diem aliquan-
do obeundi suum inevitabilis imponitur necessi-
tas. Rectissimè nonnemo: quicquid habet ortus, &
obitus timet. Et licet discrimen aliquod inter
nos nunc quidem fortuna, nunc potentia & opes,
nunc virtus præstantiaquè animi faciant, hac fer-

rex tamen, ut ita loquamur, necessitatis lege
damnamur omnes, uti moriendum tandem sit, ex-
cedendumquè theatro, in quo haec tenus egeramus
partes. Esse quidem homini vita aliquanto longior
potest: perpetuam, aut quæ nunquam morte inter-
pelletur, viventium habet nemo: Nam ea propri-
um quid solius est DEI, & quas secundo idem Deus
posuit gradu, mentium æternarum. Quibus pro-
ximè nexæ animæ sunt nostræ; quas ut ad sui imagi-
nem condidit rerum Opifex, sic immortales etiam
voluit esse. Qvod nec ipsum ignoratum penitus
Gentilibus. Qui ceteroquin Euripi aut maris habe-
re instar vitam humanam adserunt: in qvâ ipsâ flu-
ctus sint assidui, sæpè tempestas, malacia & tran-
quillitas rara; portus, nisi mortis, nullus. Benè igi-
tur habet, si quis ex fluctibus istis citò in portum
subvehitur, qui omnibus laboribus miseriisqvè, quas
percessus hîc fuerat, finem imponat. Is non magis
queri debet, qvàm qui citò navigavit, extrauctusqvè
sivè impetio, sivè furori maris est. Stultissimos igi-
tur & ignavissimos pariter illos esse arbitrandum est,
qui malint affligi assiduè, qvàm semel de vitâ exire.
Qvalem Mecenatem illum fuisse accepimus. Qui
non debilitatem recusavit, non deformitatem, non
acutam deniquè crucem, dummodò inter hæc ma-
la spiritus prorogaretur. Ab cuius sententiâ, sivè
delirio

delirio potius, non abisse constat *Iphigemiam Tragicalm*, cui despere videbatur, qui vellet mori; quæquè multò existimabat satiùs, pessimè vivere, quām bellè feliciterquè finire. Ut non immeritò quispiam cum Poetâ hîc quidem exclamat:

Unusq; adeone mori miserum est!

Quod tantum profecto abest, uti potius vel beatissimis quibusque optanda mors sit, quin ipsis etiam sollicitanda precibus, uti accessum maturet, si fors aliquantò tardior ad fuerit. Est enim ipsa miseria rum molestiarumquè omnium finis; &, quod saperenter olim Brachmanes ac Gymnosophistæ statuebant, æternæ vitæ mortalis. Falluntur animi, si qui ex calamitatibus atq; laboribus, quibus vita hæc implicita nimioperè est, quererere beatitudinem sagant. Enimverò quidnam in hisce terris sperare, aliud aut experiri habemus, quām vallem confusio nis, carcerem afflictionis, perpetuam & ab exilio non differentem peregrinationem, periculosa navigationem, malam mansionem? Quid verò hominem esse existimas? certè nil nisi imbecillitatis exemplum, verè spolium temporis, verè ludum fortunæ, mancipium laborum, miseriарum gymnasium, prædam deniq; mortis habe. Annè illustri satis documento constat, abs fletu nos statim, quod primum nascientium est omen, vitam ausplicari, & velut invi tos

tos lucem suscipere? Annè certum manifestumq;
est, pueritiam inter flagra, robur ætatis verò inter
dura operum nos exigere, nunc spei, nunc metus,
nunc iræ, nunc amoris ludibria? Interea tempo-
ris morti semper crescere, & semper esse obnoxios?
Sanè enim, quamdiu carneam hanc gestare molem
necessè est, tamdiu ipsam nobiscum mortem cir-
cumferimus, nonante istā, quā illā abjectā, depo-
situri. Et hæc demum profectò via est, quā eò per-
venire detur, ubi nulla amplius timendi caussa ur-
geat, ubiq; pro periculis securitas, pro labore quies,
pro dolore voluptas, pro ignominia gloria, pro car-
cer libertas, pro exilio patria, pro alto portus, pro
orco deniq; celum sese insinuet. Faceat itaque
Mecenatis, &, quam diximus, *Iphigenia* dementia
(quanquam impietatem etiam non abs re vocitare
habeas) vitæ amantissimorum, mortis osorum acer-
rimorum; Valeat contra *Brachmanum*, *Gymosophi-*
starumq; laudabilis sententia, mortem utiq; vitæ lon-
gissimè præferentium. Quam suam quoq; fecisse,
dum etiamnum nobiscum commoraretur, VIRUM
CL. Consultissimumq; D.N. HINRICUM BIER-
MANNUM, curatissimè novimus cùm expietate,
quæ ipsi eximia in erat, tūm ex singulari rerum ea-
rum omnium contemtu, quas amare ceteroqui
mundus, aut habere in deliciis vita hæc nostra adso-
let.

let. Idem ille, si è sede jam suâ, in quam elevatus per mortem est, parare responsa interrogantibus quiret, maximo fateretur opere, fuisse sese, dûm in carne conspiceretur, miserum ab omni parte, vexatumq; postquam autem finisset, seculoq; (qualiter Tertullianum loqui novimus) esset digressus, pervenisse ad gaudia longè majora, quam quibus ullus mortalium lingua foret describendis. Nostantum abest, uti VIRO felicitatem eximiam invideamus, uti potius de isthac, quam nactus nuperrime est, sanctissimâ luculentissimâq; cœlestium conditione animitus gratulemur. Et cum eò redacti nunc necessitatis simus, uti carendum honoratissimo CIVE membroq; sit, dabimus quam maxime operam, utiani ejus virtutumq; imaginem, quam in vita & moribus ipsius contemplati non obscure sumus, nobiscum jugiter retineamus. Quæ enim melior viris egregiis referri gratia queat, quam si eorum, postquam fata subierint sua, venerabiliter recordemur. Quare de FUNCTO breviter, & uti temporis ratio feret, jam porro exponemus; inde ducturi initium, unde vitæ exordium ipsi fuit. Editus itaq; in lucem est STRALSUNDI, clarissimâ Pomeranorum Urbe, An. seculi currentis XXI. die 20, Septembr. Patre quidem DN. HINRICO Bierman / Cive dictæ Civitatis, & Mercatore primario;

Matre

Matre verò (quæ etiamnum , per DEI gratiam , superstitat) DOROTHEA Vocken ; Matronā præstantissimā . Avus ei fuit PETRUS Bierman ; Avia , MARGARITA Schmiedes . Maternum Avum habuit NICOLAUM Vocken ; Aviam ejusdem lineæ BARBARAM Dergnüssen ; omnes eximios , suâque virtute pollentes . Quum baptismo lotus ac per eundem nova creatura , certissimusq; regnum celestium heres factus esset , & dein temporis ratio unquam videretur passura , assuefecit sese , ductu piissimorum Parentum , omni virtuti ac morum elegantiæ ; quæ tanto in ipso paratior erat , quanto indoles ei contigerat aut natura felicior . Præceptoribus in Patriâ Scholâ usus est oppidò gnavis , rerumque suarum satagentibus : sub quibus eò etiam in studiis humaniorum literarum profecit usq; , uti An. 1640 . dignus crederetur esse , qui in Academiam porrò iret , & ad majora accingeretur . Venit itaq; ROSTOCHIUM , tempusq; suum , quod quidem breve initio fuit , ita apud nos collocavit , uti non frustra huc abs suis missus videretur . Sequenti An. ad Regionem montanam secessit Academiā , ibidemq; longe hæsit diutius , æque gnaviter functus usq; officio , & DNN . obinde Professoribus probatus laudatusq; . Ceterum visum tandem fuit Genitoribus , uti domum rediret , STOCKHOLMIAMq; in Comitatu clarissimorum virorum

virorumiret, quod instarent ibidem coronationis Regiae solennia; quibus interesse, & oculum commodavisse planè perspicacem, id verò in rem Filii insigniter cessurum & dicti parentes arbitrabantur, & idem ipse quoquè omnino credebat. Proin abiit eò, quumquè non tantum inusitatas coronationis pompas studiosissimè adspectasset, sed & deinceps principia SUECIARUM regna percurrisset, observassetq; quæ notatu digniora existimaret, principiè verò statum formamquè Regiminis attinere viderentur, in DANIAM sese contulit; inde (sed non ante, quam, quod ibi quoquè memorabile fore, fecisset suum) jussu SUORUM in Belgium profectus; post in GALLIAS, ubi biennium substituit, isthac principiè fini, uti sermone Gentis imbueretur; quem etiam non minus promte, quam vernaculum & intelligere, & proferre didicerat. Quanquam studiorum etiam gratiâ in Celeberrimâ Aurelianensem Academiâ annum ferè integrum vixisse; indequè in BOEMIAM, MORAVIAMq; pedem movisse accepimus. Anno 1655. Rostochium redux, animum uxori applicuit, sociavitquè toro suo Feminarum elegantissimam ANNAM ARNOLDIAM, Eximi Viri Civisquè nostratis primarii relictam Viduam: Faustissimo sanè sidere. Enimvero nec improle id conjugum fuit, ut ex quo tres ordine Filiae nascerentur; I. DOROTHEA-SOPHIA, II. ANNA-CATHARINA (quanquam non nisi septendii ætatem ferentes; quod unum felicitatem conjugalem interpellare visum est) III. CATHARINA-ELISABETHA. Nec verò quiete ac pace etiam suâ torus iste caruit, quando Conjugum alter alterum mutuâ benivolentiâ, amore, honore, & nescio quibus non officiis demerebatur. Uti credas (quod apud Minucium est Felicem) unam animam per duo sparsam corpora

pora fuisse. Anno 1663, ab Serenissimâ Speciarum Reginâ,
CHRISTINA, vocatus ac constitutus est Provincialis Po-
meraniæ judex, qui eorum curam bonorum inspectionemq;
haberet, quæ ad Regiæ M A JESTATIS mensam cenvi-
ctumquè attinerent. Quam spartam adeò fideliter inte-
grum ferè triennium eximiequè ornavit, uti omnium bo-
norum laudem, ipsius etiam REGINÆ encomia mere-
retur. Medio Anni h̄i jusce JUNIO, quum celum nil nisi
ipso ignes spiraret, ac tellus universa prodigioso æstu confla-
gratura videretur, officii expediundi gratiâ, diversimodè ni-
hilominus proficiisci jussus, ardorequè solis adeò defatigatus
in viâ est NOSTER, uti venæ sectionem supraem impo-
suerit necessitas. Quæ quidem facta eventu sub initium
non prorsus infelici. Videbatur enim res valetudinis jam
itura in melius. Ceterùm 9. hujus Augusti, versa in pejus
sunt omnia; vexariquè V I R planè eximus iteratis animi
deliquiis cœpit. Quocirca quādjam facile auguraretur, de-
fese quid futurum brevi esset, princeps ipsi hæc cura fuit, uti
recolas suas providè colligeret, sequè ad beatum ex hâc vitâ
discessum præpararet. Quā fini non saltem & legit & ceci-
nit, & meditatus est, quæ sanctissimo proposito servitura
viderentur; sed & accersendum curavit VIRUM Pl. Re-
verendum Clarissimumquè DN. M. ZACHARIAM
ROTHMANNUM, Ecclesiastâ Stralsundensium benemerentis-
simum, abs quo ultimo viatico (sanctissimis epulis ipsa-
etiam de valetudine nimioperè questa & decumbens uxoris
interfuit) instrueretur. Nequè enim animæ suæ salubrius
ullo alio provisurum, quam hoc modo arbitrabatur. Voti
factus compos, & tamen divinâ celestiquè medicinâ singulari
devotione usus, quum in ceterâ omni spem repostam vide-
ret omnino nullâ, totum post divinæ se voluntati commisit
atquè

atquè beneplacito; saltim hoc unum precatus, ne, quām
res valetudinis desperata jam omnis foret, torqueri sele-
diu supremum Numen pateretur, sed sanctissimarum ani-
marum consortio mox, mox, adnumeraret. Incredibili
enim teneri desiderio vīdendi eum, per cuius sanguinem re-
dentus preciosè foret. Factum est petito satis, sic uti 13.
Augusti, inter octavam nonamquè vespert. plenus optimæ
spei ac fidei, sensum omnium compos, in ipso ætatis etiam-
num flore, (quippe 44. annos, & aliquot præterea menses
saltem natus) placidissimā morte dissolveretur. CONSER-
VATOR, cuius meritis unicè fisus est, immarcessibilem
jam ei coronam illam imponit, quæ omnes utique manet,
qui perseverārint in fide in ipsum usquè ad finem. Sed nec
ab studio bonorum operum unquam sese permiserint divel-
li. Nam etiam ipsum in rem celestem plus forte facit, quām
existimari ab quoquam (jurārim) possit. N O S T R O
data jugiter (ex re & vero id adscribimus) fuit opera, ne,
quām bellè crederet, turpiter vivere videretur. De san-
ctimoniam VIRI paucula subindē, prout occasio ferebat, ad-
scripsimus. Quanta præterea pietas in eodem reverentia-
què Numinis semper fuerit, iis præcipue innotuit, qui inter-
iorem ipsius vitam, & qualis maximè domi erat, contem-
platifuerere. Nam uti in ceteris rebus mirè alienus ab ostend-
tatione omni erat, nihilquè omnino simulabat; ita eum
morem in divinis quām maximè detestabatur. De sobrie-
tate hominis ac temperantia dicendum non est, quæ hodiè
inter Virtutes vix tenet locum, & utraque tamen in ipso fuit
eximia. Nec de candore etiam, quem plerique nunc pro ru-
ditate atquè inscitiâ habent; ipse tamen adeò strictè semper
studiosequè coluit, utinunquam

Ore aliud, tacitoq; aliud sub corde soveret.

B 2

Ceterum

Ceterū hoc ipso 26. Aug. currentis die, exanime cor-
pus Matri tetræ STRALSUNDI mandabitur. No-
strarum omnino partium, CIVES ACADEMICI,
fuerit, quum corporis non possimus, animi adfe-
ctusq; præsentia ire exequias, nec ullâ ratione per-
mittere, ut itam eximius VIR, tamq; præclarus CI-
VIS memoriâ nostrâ excidisse unquam videatur.
Quin officii quoq; ac pietatis utique nostræ existima-
bimus, relictæ viduæ, ex inopino hoc Mariti suavis-
simi casu, ipsi quoq; tantum non funere suo mersæ
(quid enim discidio istiusmodi tam sancte inter se
amantium excogitari acerbius unquam possit?) Spi-
ritus S. singularem præsentiam, quæq; eundem
auctorem habeant, firmissima solamina
unanimiter adprecari.

P. P. Rostochi, ANNO M. DC. LXVI.
die XXVI. Augusti.

Sub sigillo Rectoratus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746813988/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813988/phys_0017)

DFG

GK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746813988/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813988/phys_0019)


DFG



atquè beneplacito; saltim hoc unum
valetudinis desperata jam omnis
diu supremum Numen pateretur, si
marum consortio mox, mox, adiu-
enim teneri desiderio videndi eum, pe-
demus preciosè foret. Factum est
Augusti, inter octavam nonamquè v-
spei ac fidei, sensuum omnium compo-
num flore, (quippe 44. annos, & ali-
saltem natus) placidissimā morte dissi-
VATOR, cuius meritis unicè fisis
jam ei coronam illam imponit, quæ
qui perseverârint in fide in ipsum usq;
ab studio bonorum operum unquam
li. Nam etiam ipsum in rem celestem
existimari abs quoquam (jurârim) p-
data jugiter (ex re & vero id adscribi)
quàm bellè crederet, turpiter vivere
etimoniâ VIRI paucula subindè, pro-
scripsimus. Quanta præterea pietas
quæ Numînis semper fuerit, iis præcipi-
riorem ipsius vitam, & qualis maximè
platifuerere. Nam uti in ceteris rebus n-
tatione omni erat, nihilquè omniq;
morem in divinis quâm maximè dete-
tate hominis ac temperantia dicendui
inter Virtutes vix tenet locum, & ultra
eximia. Nec de candore etiam, quem p-
ditate atquè inficiâ habent; ipse tam
studiosequè coluit, utinunquam

Ore aliud, tacitog; aliud sub corde

B 2



ne, quâm
queri sece-
narum ani-
Incredibili
guinem re-
, sic uti 13,
us optimæ
atis etiam-
rea menses
CONSER-
cessibilem
què manet,

Sed nec
rint divel-
icit, quâm
S T R O
opera, ne,

De san-
rebat, ad-
verentia-
qui inter-
contem-
ab ostend-
ita eum
De sobriè-
uæ hodiè
n ipso fuit
ic pro ru-
tè semper

Ceterum